UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite Christiano

Erasmus, Desiderius

Lypsi, 1516

VD16 E 2746

Canon Decimussextus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33324

Visual Library

eſſe, vt quũ quotidie ſuccũbat tentationi, nõ ſaltem aliquando
vel curet experiri, qd ſit vincere tentationẽ. Quod quo fece-
rit frequẽtius, hoc fiet victoria dulcior.

¶ Canon Decimusſextus.

Quod ſi qñ te cõtigerit lethale vulnus accipere, caue ne ꝓtinꝰ
abiecto clypeo/relictis armis hoſti te dedas. Id qđ aĩaduerti
non paucis accidere, quibus animus natura eſt imbecillior &
muliebrior, vt ſemel ꝓſtrati, deſinẽt reluctari, ſeſeqꝫ totos per-
mittãt affectibꝰ, neqꝫ cogitẽt de recuperãda libertate. Nimiſqꝫ
ꝑiculoſa eſt iſta puſillanimitas, quæ cũ interdum ingenijs non
peſſimis adiũcta ſit, tamẽ ad id qđ eſt oĩm peſſimũ ſolet addu-
cere, deſperationẽ. Aduerſus hãc igiť hac regula cõmuniẽda
mens eſt, vt lapſi in pctm̃, nõ ſolũ deſperemꝰ, ſed gnauos mi-
lites imitemur, quos nõ raro pudor ignominiæ, & accepti vul
neris dolor nõ modo non cõijcit in fugã, verũ ad fortius/qꝫ
antea/pugnandũ/acuit redintegratqꝫ. Itidẽ nos quoqꝫ/ ſimul
atqꝫ in capitalẽ noxiam fuerimꝰ inducti, ilico ꝓperemꝰ redire
ad cor, & lapſus ignominiã noua virtutis alacritate reſarcire.
Facilius vni vulneri medeberis, qꝫ multis, facilius recẽti, qꝫ in-
ueterato iam putriqꝫ. Anima temetipſum verſiculo illo notiſ-
ſimo, quem vſurpaſſe Demoſthenes legitur. Vir fugiens &
denuo pugnabit. Cogita Dauid ꝓphetã, regem Salomonẽ,
Petrum eccleſie principem, Paulum apoſtolũ, tãta lumina ſan
ctimoniæ, in quæ ſcelera tamen inciderint. Quos fortaſſe vel
ob hoc cadere ꝑmiſit deus, ne tu lapſus deſperares. Erige te
igiť in pedes, ſed ſtatim magnoqꝫ aĩo, atqꝫ in pugnã redito, tũ
ardẽtior, tũ cautior Fit interi, vt et capitalia cõmiſſa pijs hoĩbꝰ/
cedãt in cumulũ pietatis, dũ ardẽtiꝰ amãt, ꝙ turpius errarũt.

Lapſis qꝫ citiſ-
ſime ad chriſtũ
reuertendum

¶ Canon Decimusſeptimus.

Sed aduerſus alios atqꝫ alios tentatoris incurſus / alia atqꝫ alia
remedia ſunt accõmodatiora. At vnicũ/ multoqꝫ oĩm effica-
ciſſimũ remediũ, aduerſus omne vel aduerſitatis, vel tẽtationis
genus eſt crux Chriſti, quæ eadẽ eſt & errantibꝰ exemplũ, &
laborãtibꝰ refrigeriũ, & pugnãtibꝰ armatura. Hæc eſt vna cõ
tra oĩa tela nequiſſimi obijciẽda. Proinde conuenit in hac di-

Crucis Chriſti
efficacia & ver-
myſterium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN